XXIX

domini est et. cor inquit immutat purgat
et innouat Psal. Ignitũ eloquium tuũ.
vehementer Et iterũ Eloquiũ dñi intelli
gentia e. vnde Actu. j. Spũssanctus ap/
paruit in linguis igneis. vt corda creden
tiũ intantũ essent inflamantia. Sed quis
hodie loquitur dei verba ad bonũ cõcitã
tia. et verba diuino igne ardentia. qui po
potius fratres verba nostra sũt mũdana
sunt lasciua. sunt ad malũ puocantia. sũt
ad discordias ↄcitãtia. sunt omnẽ diuinuz
ignem extinguentia Sed vir linguos⁹ nõ
dirigetur in terra. vt dicit sanct⁹ pphera
O quanta mala faciunt mala verba. q̇d
enĩ in hac vita bonis moribus meli⁹. Nõ
ne ad componendos bonos mores omnis
nobis scriptura tradita est et omnis pro/
phetia. ergo nihil bonis moribus in vita
est melius. ergo nihil malis verbis est pei
us. q² vt dicit aplus. j. Cor. xv. Corrum
pũt bonos mores colloquia mala. Berñ.
Leuis res est sermo. sed grauiter vulne/
rat. est enim aptissimum euacuandis cor/
dibus instrumentũ Item ait O q̃z velo/
citer currit verbũ. dum vno modico mul
titudinis audientiũ aures tangit. corda in
ficit. et aĩas illorũ interficit Unde quidam
sanctus pater animaduertit. ꝙ dũ quidã
fratres de deo loquerẽtur. bonus angel⁹
appropinquabat illis. cũq3 de mũdo loq̃/
rentur dyabolus illis appropinq̃bat Und
vere iuxta sanctum Jacobũ in canonica
sua. qui verbo non offendit hic perfectus
est vir ¶ D Terciũ quod valet ad
augmentũ spũalis est ↄtinuatio boni ope
ris Sicut enim materialis ignis nutritur
lignis et augeť illis augmentatis. et extin
guiť illis abeo extractis. sic suo modo ig/
nis spũalis nutritur operibus sanctis ⁊ cre
scit illis multiplicatis et deficientibus de/
ficit, Unde in figura hui⁹ preceptum fuit.
Leui. vj. Ignis in altari meo ardebit sẽ/
per quem nutriet sacerdos subijciens illi li
gna per singulos dies. Altare dei est cor
hominis. in quo semꝑ debet ardere diuinus
ignis. nutrit⁹ semꝑ lignis bone oꝑationis
Nota tamen ꝙ dñs docuit hũc sanctũ ig/
nem nutrire lignis. non paleis. id est oꝑi/
bus solidis et non vanis. Item ligna ignẽ
nutrientia non debent esse madefacta sed
sicca. quia opera quibus nutriť hic ignis.
non debent esse carnalia. fluida et transi/
toria. sed ab omni inficiente nociuo ma/
loq3 humore desiccata. vt sic sint veri ig/
nis nutritiua. Est igitur viris spũalibus
fortiter operandũ hoc igne incensis. q² sic
dič Gregorius Amor dei non est ociosus
operatur enĩ magna si est. si autẽ operari
renuit amor nõ est Arbor enĩ que fructum
non fert eo tempe quo debet de se testimo
nium ꝑhibet. ꝙ calore sibi debito caret. et
ideo est digna succidi et ardenda ignibus
tradi. q² homo qui nunc renuit oꝑari eter
no post mortem tradens est igni. In quo
postq̃3 steterit per tot mille millia annorũ
quot sunt arenule omniũ mariũ adhuc tñ
instare habebit. sicut quando incepit ⁊ in
infinitum magis. ¶ E Quarto ad
cõseruatõem ignis spũalis req̃ritur vera
humiliatõ mẽtis. sicut enĩ materialis ig/
nis cito extinguitur et in fauillã resoluitur
nisi bene cineribus cooꝑatur. sic spiritua/
lis ignis euanescit cito nisi cinere vere hu
militatis fuerit cooꝑtus Species enĩ cer/
te valde sunt redolentes. Sed nisi clause
etiã teneanť vt respirare non possint citis
sime euanescunt Beatus ergo Laure/
cius amorẽ quo totus ardebat et nutriuit
semper optima meditando. semꝑ optima
loquendo. semꝑ optima operando. et sem
per vilia de se sẽciendo. ꝑpter que in tñ
amor exercuit in corde vt vix sentiret ig
nem qui exteri⁹ ardebat in corꝑe Unde et
dicebat decio assasti me miser ex vna ꝑ/
te. gira aliam et manduca. hoc etiã igne
totus accẽsus clamabat post beatũ sixtũ
papã. Quo ꝑgrederis pater sine filio ꝛc.
Quid inquit in me displicuit paternitati
tue. Nunq̇d degenerem ꝓbasti experire
certe ꝛc. Cui epus Non ego te desero fili



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-472/0425
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG